

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

Qvomodo novae per violentiam instituantur decimarum pstationes

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

gladius, hoc ei minantur iudices ecclesiastici fulmen, ni per  
solutis uocationū literis, habendi libidinem ipsorū satiauerit.  
Ita afflicto additur afflictio. Neq; iuris ratio, quæ temere in  
ius uocato, refundendas dicitat expensas, a iudicibus his cu  
ratur quicq; immo iudiciarius hic eorū ordo, ex diametro,  
quod aiunt, cum iuris boni q; & æqui ordine pugnat. Eum  
tamen iudiciorū ordinem, non ob aliud: quātū coniectura  
assequi licet: hactenus ita religiose obseruarūt, q̄ ut plurima  
actorum turba per hoc ad eorū alliceretur tribunal. Ita sem  
per iniquum, ex re, quæ merito debebat esse æquissima, stu  
dent facere lucrum.

Q V O M O D O N O V A E P E R V I O L E N T I A M  
instituantur decimarum p̄stationes.

**I**TEM, etsi laici per multa annorū curricula de certis eo  
rum prædijs, neq; maiores neq; exiguas, ut uocāt, p̄stite  
rint decimas, tamē per ecclesiasticos iudices, apud quos ini  
quis litigant conditionibus, auctoritate iudiciaria, ita eis fit  
negocium, ut aut petitas iudicio decimas, siue quidpiam ali  
ud est, quod ab eis exigitur, p̄stare, persoluereq; , aut excō  
municationis p̄enam ferre, necessum habeant. Neq; hoc te  
mere. Nam etiā si a sententiā quantūuis iniqua Romā appel  
lauerint, non eos fugit q̄ onerosus atq; dispar sit & illic litū  
euentus.

Q V O P A C T O E C C L E S I A S T I C O R U M  
officiales ac suffecti, & ipsi laicos ad ecclesiasti  
corum tribunal in ius trahere conentur.

**A**d hæc omnia personæ ecclesiasticæ nedum ipsæ per se  
laicos, quibus dictū est, ac similibus casibus, ad ecclia  
sticos trahunt iudices, uerū etiā ecclesiasticorū officiales, suf  
fecti, pcuratores, domestici famuli, famulæq; , ac deniq; ip  
sorum etiā subditi, conātur, adnitūturq; idem iuris, quod eo  
rum habent superiores, sibi ipsis quoq; asserere, usurpareq; .

DE CAUSIS